

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Decima a
cum fontibus proximo et primo

Hec est Domini iustissima consuetudo
ut, si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaberis,
id est demonibus que est decima pars angelorum associaberis.

Hec est enim Domini iustissima consuetudo,
ut si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuocaris.

[fons nondum repertus]

Dabis, inquit, impio militi quod non uis dare sacerdoti.

Dabis impio militi quod non uis dare sacerdoti.

Augustinus in sermone de decima
et ponitur XVI. questione I.: Decime.

Gratianus, *Decretum*, 2.16.1.66
(*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.784).

Haec enim est domini iustissima consuetudo,
ut, si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam revocaris;

[fons nondum repertus]

scriptum est enim:

HAEC DICIT DOMINUS: QUIA DECIMA AGRI TUI
ET PRIMITIAE TERRAE VOBISCUM SUNT; VIDEO VOS,
ET FALLERE ME EXISTIMASTIS; INTUS IN THESOURIS VESTRIS
ET IN DOMIBUS VESTRIS ERIT DIREPTIO.

Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 33.2
(CCSL 103, G. Morin ed., pp.144-5).